Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30417
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

cuncta in sequentibus suis in locis di
stinguemus. et prout ordo requirit
exponendo disponemus. De vii.
angelis canentibus tubis et de
angelo stante ante altare.

Et vidi septem ange
los stantes in conspectu
dei et date sunt illis vii. tube.
Septem angeli stantes in conspectu
dei sunt predicatores universi. Post
tempus quod dierum numero voluit
cooperante septiformis spiritus sancti gra
cia predicantes verbum dei. Qui
ideo dei sunt angeli quia a deo sunt
missi. stantes in conspectu dei quia
ad divinum obsequium parati. Dantur
illis vii. tube. quia tribuitur eisdem
universale officium predicationis divine
ut canant ad electorum munitionem
et reproborum destructionem. Et alius
angelus venit et stetit ante al
tare habens thuribulum aureum in
manu sua. Alius angelus. Christus. qui
magni consilii angelus. Qui
bene dicitur alius. quia ab aliis septem
angelis .i. universis predicatoribus et
gratia sanctitatis et excellencia dig
nitatis et potencia virtutis longe
excedit. Qui venit dum nostre na
ture fragilitatem assumpsit. Et
stetit ante altare. De hoc altari
in exodo scriptum est. Altare de terra

facietis mihi. Altare de terra humani
tas assumpta. Sed sicut venire perti
net ad carnis assumptionem. ita
stare pertinet ad divinitatis immu
tabilitatem. Qui ergo venit per muta
bilitatem. et per carnem. ante altare
stetit per divinitatem. quia divinitate
in qua immutabiliter permansit. huma
nitati que nobis ante altare est. prior
et sublimior fuit. habens thuribulum
aureum in manu sua. Thuri
bulum aureum sunt sancti apostoli qui
ad electorum preces summe divinitati
offerendas in sancta ecclesia principaliter
sunt constituti qui apte aurei
sunt et auri fulgorem habent. quia
in se divinam sapientiam continent et per
eam in mundo c[illegible] lucent.
Istud thuribulum angelus in ma
nu habet ex quo Christus xii. apostolos
elegit. Sequitur. Et data sunt ei in
censa multa .i. orationes deo delecta
biles. ut daret .i. representaret pa
tri de orationibus sanctorum super altare aure
um .i. super semet ipsum. Ipse namque
est altare aureum quia per eum
offeruntur patri omnia vota humane
iusticie. Aureum quia in ipso
sunt absconditi omnes thesau
ri sapientie et scientie. Ipsi ergo soli
ad offerendum incensa dantur. quia
orationes sanctorum per ipsum patri com
mendantur. Sed et recte altare

e adventu domini in memoria glose virginis. oratio

n. 3.